1. Parse *ortus*, *sumant*, *pendere*, *pati*.

2. Explain the syntax of *petissent*, *natu*, *censere*, *Massiliam*.

3. Distinguish *juventus* and *juventas*; *pendĕre* and *pendēre*.

II.

Translate:

Æneas, primique duces, et pulcher Iülus,
Corpora sub ramis deponunt arboris altae;
Instituuntque dapes, et adorea liba per herbam
Subjiciunt epulis (sic Jupiter ille monebat),
Et Cereale solum pomis agrestibus augent.
Consumptis hic forte aliis, ut vertere morsus
Exiguam in Cererem penuria adegit edendi,
Et violare manu malisque audacibus orbem
Fatalis crusti, patulis nec parcere quadris:
"Heus! etiam mensas consumimus?" inquit Iülus,
Nec plura, alludens. Ea vox audita laborum
Prima tulit finem; primamque loquentis ab ore
Eripuit pater, ac, stupefactus numine, pressit.
Continuo: "Salve, fatis mihi debita tellus;
Vosque," ait, "o fidi Trojae salvete Penates.
Hic domus, haec, patria est. Genitor mihi talia (namque
Nunc repeto) Anchises fatorum arcana reliquit—"
—*Virgil Æneid*, B. VII.

1. Parse *augent*, *vertere*, *adegit*, *edendi*, *parcere*.

2. Change into *oratio obliqua* from *Salve* to the end of the extract.

3. Give a short account of Virgil's life.

III.

Translate:

Ille potens sui
Lætusque deget, cui licet in diem
Dixisse, "Vixi: cras vel atra
Nube polum Pater occupato,
Vel sole puro; non tamen irritum
Quodcunque retro est, efficit, neque
Diffinget infectumque reddet,
Quod fugiens semel hora vexit.
Fortuna sævo læta negotio et
Ludum insolentem ludere pertinax
Transmutat incertos honores,
Nunc mihi, nunc alii benigna.
Laudo manentem; si celeres quatit
Pennas, resigno quæ dedit et mea
Virtute me involvo probamque
Pauperiem sine dote quæro—"
—*Horace*, *Odes*, B. III.

1. Parse *sui*, *deget*, *vixi*, *diffinget*, *reddet*, *vexit*.

2. Derive *occupato*, *irritum*, *infectum*.

3. Give a scale of the metre.

Senior Matriculation.

LATIN—HONORS.

Examiner—J. Fletcher, M.A.

I.

Translate:

Is pavor perculit Romanos; auxitque pavorem consulis vulnus, periculumque intercursu tum primum pubescentis fili propulsatum. Hic erat juvenis penes quem perfecti hujusce belli laus est, Africanus ob egregiam victoriam de Hannibale Poenisque appellatus. Fuga tamen effusa jaculatorum maxime fuit, quos primos Numidae invaserunt: alius confertus equitatus consulem in medium acceptum, non armis modo, sed etiam corporibus suis protegens, in castra nusquam trepide neque effuse cedendo reduxit. Servati consulis decus Coelius ad servum natione Ligurem delegat: malim equidem de filio verum esse, quod et plures tradidere auctores, et famo obtinuit. —*Livy*, B. XXI.

1. Parse *perculit*, *auxit*, *confertus*, *delegat*, *malim*.

2. Write notes on *Africanus*, *Coelius*, *Ligurem*.

3. *Servati consulis decus*. Explain and illustrate the difference between Latin and English idiom in the use of verbal nouns.

4. Sketch briefly the career of Hannibal down to the battle of Cannae.

II.

Translate:

Ubi hoc quaestori Caecilio, viro optimo et homini aequissimo, nuntiatum est, vocari ad se Agonidem jubet: judicium dat statim: Si paret eam se et sua Veneris esse dixisse. Judicant recuperatores id, quod necesse erat: neque enim erat cuiquam dubium quin illa dixisset. Iste in possessionem bonorum mulieris intrat: ipsam veneri in servitutem adjudicat: deinde bona vendit: pecuniam redigit. Illa dum pauca mancipia Veneris nomine ac religione retinere vult, fortunas omnes libertatemque suam istius injuria